

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Phaedri Avgusti Liberti Fabvlarvm Aesopiarvm Libri V.

Phaedrus

Rintelii, MDCCXXXVIII

VD18 13044567

Einleitung

urn:nbn:de:gbv:45:1-17134

PHAEDRI
AVGVSTI LIBERTI
FABVLARVM
AESOPIARVM

LIBER I.

P R O L O G V S.

AEfopus auctor quam materiam repperit,
Hanc ego polui versibus senariis.
Duplex libelli dos est: quod risum mouet,
Et quod prudenti vitam consilio monet.
Calumniari si quis autem voluerit,
Quod arbores loquantur, non tantum ferae:
Fictis iocari nos meminerit fabulis.

Licer ridendo dicere verum.

Eandem ego materiam, quam Aefopus primo inuenit, versibus senariis perpolui. Eiusdem libelli duplex usus est, et ad risum mouendum, et ad vitam prudenti consilio instruendam. Si quis vitio nobis vertere voluerit, quod non solum animalia bruta, verum etiam arbores loquantur: ille nos figuratis ludere meminerit.

F A B. I.

Lupus et Agnus.

Ad riuum eundem Lupus et Agnus venerant,
Siti compulsi: superior stabat Lupus,

A

Lon-

